

transmittant. Et ut nullis impensis fasciculi litterarii ad me veniant, insinuet illis et quid scribere debeant et sub quo operculo trajicere necesse sit sua scripta. Tale est : Reverendissimo domino ab Henkelman suae celsitudini regiae Lotharingiae a sanctoribus consiliis primatialis ecclesiae canonico meritissimo, Nanceii. Foris et intus nomen meum supprimatur, ut franca sit epistola. Interim, amplissime Praesul, recommendans me vestris precibus maneo ad obsequia

Paratissimus servus et confrater
f. Ludovicus Hugo,
abbas Fontis Andreae, S.T.D.
et suae celsitudini a consiliis
et historiis ⁸⁾.

Koblenz.

Wilhelm DERSCH.

* * *

REQUETE DE L'ABBE HUGO AU SOUVERAIN PONTIFE LORS DU CONFLIT DE JURIDICTION. 1727

Nous avons publié dans cette revue ¹⁾ un aperçu sur la vie, l'activité scientifique et les démêlés ecclésiastiques de Charles-Louis Hugo, abbé d'Etival et évêque titulaire de Ptolémaïde († 1739).

Le document que nous publions ci-dessus a trait au conflit qui surgit entre l'abbé d'Etival et l'évêque de Toul, soutenu par la cour et le haut clergé français.

Ce conflit avait pour origine l'exercice de l'abbé d'Etival, de la juridiction quasi-épiscopale sur le territoire incorporé à l'abbaye et comprenant 18 paroisses.

Bien que, dans la querelle entre l'évêque Bégon et l'abbé Hugo, le duc de Lorraine, Léopold, fût entièrement gagné à la cause de l'abbé d'Etival, il dut s'incliner devant les exigences du roi et des évêques de France. Ce fut l'origine de l'exil de Hugo, à l'abbaye de Rongéval d'abord (1726), puis à Wimbach, près de Cormar (1727), où se trouvait une propriété de l'abbaye d'Etival.

C'est de Wimbach que Louis Hugo en appela au pape. La copie que nous transcrivons ici est de la main de l'abbé et semble avoir

8) Staatsarchiv Breslau. Rep. 35 (Fürstentum Oppeln), Ortsakten Czarnowanz, vol. II. In Czarnowanz eingegangen am 10. Dezember 1719.

1) *L'abbé Hugo d'Etival et la coopération des abbayes belges à son oeuvre historique*, dans *Analecta Praemonstratensia*, t. I, fasc. 2 et 3. Tongerlo, 1925.

été destinée au procureur général de l'Ordre à Rome. Elle se trouve en effet parmi les pièces concernant l'ancien collège des Prémontrés à Rome. Le procureur était alors Norbert Mattens, de l'abbaye de Tongerlo. Hugo avait recouru au prélat de Tongerlo, Joseph van der Achter, pour se concilier les bonnes grâces du procureur, personnage d'autorité dans les milieux de la curie romaine. Son attente ne fut pas trompée. Benoît XIII et le cardinal Lercari, secrétaire d'Etat, accueillirent avec sympathie les réclamations de l'abbé d'Etival.

Le résultat dépassa son attente. Non content de lui conférer ses droits de juridiction, Benoît XIII, malgré les résistances très sincères de Hugo, le nomma, au consistoire du 15 décembre 1728, évêque *in partibus*, avec attribution du siège de Ptolémaïde.

H. L.

Beatissime Pater,

Ecce jam mensis decurrit quintus exilii et proscriptionis meae, nec spes affulget reditus ad ovile meum. Sustinerem laeto animo moras diuturniores, et pro S.R.E. asserendis iuribus, injurias gaudens paterer usque ad agonem, si inimicus homo absentiae et tribulationis meae occasionem captans, non seminaret zizania in agro, quem providentiae meae commisit Apostolica Sedes. Ex quo enim ab ovibus avulsit me feralis autoritas, audio scissuras esse inter fratres, et labascere in populis jurisdictionem non meam sed Apostolicae Sedis, pro qua decertavi hactenus usque ad vincula.

Audio, Beatissime Pater, tantis conatibus, tantisque laboribus, frustra pro incolumitate jurium vestrorum me pugnassem. Audio personam meam, et ecclesiae Stivagiensis praerogativas, uno eodemque naufragio debere incunctanter absorberi, et in eum inclinare pensum, vestrae Beatitudinis consiliarios, ut expetitam dudum a R. D. Episcopo Tullensi satisfactionem, impendam. Si ita est, Sanctissime Pater, astructum 27. Junii Sacrae Congregationis Decretum subverteretur in momento. Ipsa namque sagaciter et provide definierat, causam praetensae satisfactionis unam et eandem esse, cum causa exemptionis ; uno igitur et communi pede gradiri debent consociales causae. Si jurisdictionem episcopali parem habeo, omnis satisfactio exsufflanda erit, cum paribus armis, aggressorem, autoritate parem debuerim impetere. Si supper est mea jurisdictio episcopali, emendandus venio, et puniendus qui superiorem irreverenter expugnaverim. Una ergo, alterius pedissequa esse debet, nec nisi inverso rerum ordine, satisfactio precedere potest, examen jurisdictionis,

quam nomine Vestrae Sanctitatis, et veluti ejus sequester aut vicarius exerceo in tractu Stivagiensi. Sub obtentu satisfactionis, irrepere in jurisdictionem vestram, molitur D. Episcopus Tullensis. Hoc fusiori, si liceret, argumento probarem, etsi per otium Vestrae Beatitatis daretur prosecui, demonstrarem vestram hic magis rem agi quam nostram, et utramque in apertum venire discrimen, si satisfactionem, quam per cuniculos urget Gallicus praesul, assequatur.

Praevertit, altioris ingenii vestri, altissima intelligentia, rationes nostras. Non igitur permittat Sanctitas Vestra hominem juribus Sanctae Sedis invidentem, et inhiantem, in patrimonium vestrum intrudi, vindice attrito, quo semel dato in sibilum et praedam inimicis suis, protinus alii abbatiarum Sanctae Sedi subjectarum praelati, desertores vestre Sedis et jurium vestrorum traditores futuri sunt. Quis enim, Sanctissime Pater, amabit denuo tanti emere opprobria? Quis injurias pro constanti fide mereari volet? Quis pro Sancta Sede militabit, si ab eadem pro impensis laboribus, pro toleratis exiliis, confusionem reportet et dolorem.

Filiali confidentia haec scribo Patri optimo, Sanctissimo Pontifici, ad quem nec fraus, nec dolus, nec personarum acceptio habent accessum; et pro cujus longiore aevo perennes ad Deum orationes offero in sacrificiis. Summa interim animi et corporis demissione ad pedes Vestrae Sanctitatis advolutus persevero

Beatissime Pater,

Humillimus et addictissimus servus et filius

F. Carolus Ludovicus Hugo

Abbas Stivagii Ordinis Praemons. reformati

Dabam Wimbaci in Alsatia ubi profugus haereo die 24 Xbris 1727.

(Archives de l'abbaye de Tongerlo. Dossier : *Collegium S. Norberti Romae*, VII, n. 95).